



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

374. Item ut nullus sanguinem comedat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

teat. Si autem in cœnobio sunt, ducentos psalmos cantent. Qui postea noverit quòd tale potum bibit, unum psalterium cantet.

De sanguine.

CCCLXXIII. Si quis sanguinem aliqujus animalis manducaverit, quadraginta dies pœniteat.

Item ut nullus sanguinem comedat.

CCCLXXIV. Admonendi sunt fideles ut nullus præsumat sanguinem manducare. Nam in principio, quando homini licentia data est à Deo carnem manducandi, sanguinem interdictum legimus. Ait enim Dominus ad Noë & filios ejus: *Omne quod movetur & vivit, erit vobis in cibum, excepto quòd carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum & de manu hominis.* Quod non solum in lege veteri sæpissime inhietur, verum etiam in novo testamento Apostoli primitivæ Ecclesiæ ex gentibus sub magna deliberatione scribunt ut abstineant se à contaminationibus simulacrorum & fornicatione & suffocatis & sanguine, Quod exponens Hieronymus dicit: *Iuxta litteram, inquit, hæc præcepta conveniunt omni Christiano, ut morticinum non comedat, tam de avibus quàm de pecoribus, quorum nequaquam sanguis effusus est.* Quæ necessario observanda Apostolorum de Jerusalem missa epistola monet. Et captum à bestia, quia & ipsum similiter suffocatum est. Et sanguine, id est, non manducando

Genes. 9.

Act. 15.